

ditur, et super tegumento est sella seu sedes, in qua gloria Dei residet, qui quadrigam roce omnipotentia suae regit moderaturque, in quatuor partes orbis, id est, quocumque vult, pro nutu et arbitrio suo agit. Ad quem vectorem et quadrigam Paulus ad Hebraeos initio statim haud dubie alludit, cum ait: Qui moderatur omnia verbo potentiae suae. Nam si singulae ratione perpendis, similitudinem reperies. Ut enim Ezechiel gloriam Domini dicit velle super quadrigam, atque voce omnipotentiae eam moderari; ita Paulus Christum, quem vocat splendorem gloriae, moderari omnia verbo potentiae suae scribit; deinde veritatem vocem Hebraeam rokeb participio Graeco ἡγεῖται, quod hoc praecipue in loco non tam est portans, id est, laudans, quam agens seu movens ac gubernans; siquidem ἐπιτάσσει Graecis dicuntur quae impetu quodam aguntur, sicut et Petrus in posteriore Epistola, cap. 1 usus est: Spiritu sancto agitati seu impulsivi; et ἄνευ καὶ ἡγεῖται dicitur qui suo arbitrato moderatur aliquid; non aliter atque Hebraeis verbum rabab. Regnum ergo Christi per Evangelii vocem per totum orbem divulgandum, quod Ezechielis visio significabat, hic paulo aliter Isaiae revelatum est, dum videt ruere Babylonem, et universa idola eius confringi.

VERS. 10. — TRITURA MEA. Sermo est Isaiae ad populos suos quos vocat granum excussum, quod videret ingentia mala quae illis imminerent, quodque decrevisset Dominus eos veluti frumentum conterere, ut infra copiosius dicitur. Neque affectu compassionis carent verba haec: in commemoratione enim calamitatum harum gentium semper prophetae animus ad populum Dei intentus erat. Propter eos enim isthaec omnia Deus revelabat, et prophetas annuntiare compellebat, nunc ut sibi caverent, nunc ut externis auxiliis non fiderent, sed Deo, qui esset universorum Dominus et Iudex, morem gererent. Invenit ergo se esse speculatorem à Deo constitutum in populo, qui ei annuntiat quae forent necessaria; quae autem processerunt, figurata esse. Potest hic versus et ad Babylonios pertinere; sed prior sensus magis mihi placet. Notus autem Hebraismus est *filius areae pro tritico*, etc.

VERS. 11. — AD ME CLAMAT. Tertia persona impersonaliter accipitur, id est, ad me clamatur; vel potius, videor mihi audire clamorem ex Seir usque, in hanc sententiam: Custos, quid, etc. Significat itaque Isaia se speculatorem, ut supra dixi, et Idumaeos, qui montana Seir habitabant, vel inde rogare se quidnam viderent, vel quid nocte de adventu hostium perciperent. His respondet custos seu speculator ille.

VERS. 12. — VENIT MANE, ET NOX; q. d.: Cur ex Seir interrogatis si quid observatum aut exploratum habeam? Istud est hominum parum res suas curantium, ad minimè credentium me posse quae futura sunt eis annuntiare. Venit mane, atque etiam nox. Succedit nocti dies, et diei rursus nox. Nihil aliud audire digni estis. Si vultis ex me verum elicere, studiosè et diligenter elicite, nimirum me convenientes, neque ex tam longinquo loco rem tanti momenti ne-

gligentem et oscitanter interrogate. Hanc credo esse huius loci germanam expositionem. Possumus et per mane ac noctem prospera atque adversa intelligere; q. d.: Video prospera atque adversa: si quis autem quibus aut quando prospera, rursus quando et quibus adversa ventura sint, ediscere vult, non ex Seir interroget, sed serio veniat, accedat, roget, redatque iterum, etc. Si queritis. Baah est ererere, seu elicere aliquid ex personâ seu re quod latebat. Est autem futurum, elicitis, id est, si vultis, si in animo statuitis elicere, etc. CONVERTIMINI, vel revertimini, venite, id est, iterum venite. Coniunctio non est in Hebraeo. Quamvis nihil durius hic in Idumaeam loquatur, omnis nihilominus et visionem gravem vocavit, quae imminentibus undique malis, illi magna securitate, quasi res sua non ageretur, perfereretur, atque ex longinquo perunceretur num custos de nocte quidquam animadvertisset.

VERS. 13. — IN ARABIA, vel in Arabia. Beth enim utroque modo sumi potest. Cum autem sit omnis, id est, visio gravis, et rerum adversarum, non abs re fuerit pro in seu contra accipere. DORMITIS. Crediderim esse sermonem de Israelitis qui ad Arabes Iuri erant profugi cum vastaretur Iudaea, apud quos tamen nihil humanitatis experirentur; quare et ipsi Arabes vastati sunt. Ergo v. 13, 14 et 15, causam calamitatis exponit, non ipsam calamitatem. Vide alteram expositionem. n. 15. IN SEMITIS. Hebr. Non habet in, sed repetendum videtur beth, quod praecessit in nomine silva. Pernoctabitis, inquit, in silva qua dicitur Dedanim, id est, ad populum qui ex Dedan filio Chus, qui fuit filius Ham, genitus est. Non ergo legendum Doolanin; hic enim filius fuit Javan, à quo Rhodias dictos arbitror. Utrumque habet Gen. 10. Sunt autem Dedanim Arabes qui Desertam Arabianam incolerant, vicinam Moabitis atque Ammonitis; de quibus legitur Deut. 25 et Neth. 15: Non praevenerunt Israelitis egredientes ex Aegypto cum pane et aqua. Ad quem locum hic alludit Isaia, quasi eorum exemplum secuti sint vicini Arabes. Nam quod sequitur v. 14, ironice accipiendum est; quod tam ex nomine oneris quam ex v. 16 colligi potest.

VERS. 14. — FERTE. Verbum est athah, vel hathah quod anomalum est, et venire significat; hic irregulariter in praeterito tertia accipitur, fecerunt venire, attulerunt; nam et Vulg. in tertia accepit: habetque Ios mobile pro he finali, et primum he abiecit propter he characteristicon conjugationis. Ut autem potius accipiam in praeterito affirmativè, ironice tamen, facit relativum quod sequitur, occurrerunt cum pane suo, quod Vulg. omisit, secutus orationem imperativam, quae non multum alienum sensum generat. AUSTRI, vel meridiei; id enim videtur significare thema, ut Hier. et Chald. interpretati sunt, quantum rarum est hoc nomen. Cum aaleph hic et Job 6 tantum legitur; cum nun autem frequentius theman, quasi dextra pars mundi aspicientibus ad Orientem. Et Arabia, de qua est hic sermo, ad meridie est Palaestina. Fortè est nomen proprium loci. Utcumque sit, hospitalitas

commendatur, et ut alienis malis condoleamus. Unde et versus sequenti miseriam auget.

VERS. 15. — IMMINENTIS. Natash, liberè dimittere rem vel personam significat. Hinc gladium dimissum intellige eadem grassantem absque lege, jure et modo. GRAVIS PREDI. Gravem interdum usurpant Hebraei pro magno. Milecamah autem propriè incisionem et eadem significat, quae gladio fit; unde reddere posses à facie maxime caedis. Quos autem non inanis metus fugat, sed ingentia pericula extra suos lares exulare compellunt, digni sunt quorum alii miserentur. In factis verò calamitatibus et eventibus pericula aut levia, quae nonnisi ignavos terrent, misericordiam non commoveri non usque adeò inhumani est. Charitas tamen christiana semper misericordiam plena est. Possunt et haec sic accipi: Vos, Arabes, fugientes hostes, sub noctem pernoctabit in silva versus Dedanim. In occursum fugientibus vobis attulerunt aquas, et cum panibus suis habitatores terra Tema occurrerunt vobis (praeterita pro futuris); nam, fugiebatis à facie gladium. Vel certè in imperativo legendum cum Vulgato, occurrite cum pane suo, id est, quod indigent; vel suo, qui eis ratione humanitatis et hospitalitatis debetur. Quibus significat fugam Arabum praecipiem et acceleratam.

CAPUT XXII.

1. Onus vallis Visionis. Quidam quoque tibi est, quia ascendisti et tu omnis in tecta?

2. Clamorisi plena, urbs frequens, civitas extans: interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui in bello.

3. Cineti principes tui fugerunt simul, durèque ligati sunt: omnes qui inventi sunt, vinciti sunt pariter, procul fugerunt.

4. Propterea dixi: Recedite à me, amarè flebo; nolite incombere ut consolemini me super vastitate filiae populi mei.

5. Dies enim interfectionis, et conculcationis, et fletum, Domino Deo exercituum in valle Visionis: scrutans murum, et magnificus super montem.

6. Et Elam sumpsit pharetram, currum hominis equili, et parietem nudavit clypeus.

7. Et erunt electae valles tuae planae quadrigarum, et equites ponent sedes suas in porta.

8. Et revelabitur operimentum Iudae, et videbis in die illa armamentarium domus saltus.

9. Et scissuras civitatis David videbitis, quia multiplicatae sunt; et congregatis aquas piscinae inferioris.

10. Et domos Jerusalem numerastis, et destruxistis domos ad munendum murum.

11. Et lacum fecistis inter duos muros ad aquam piscinae veteris; et non suspexistis ad eum qui fecerat eam, et operatore eum de longè non vidistis.

12. Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum et ad plactum, ad calvitium et ad cingulum sacci.

13. Et ecce gaudium et letitia, occidere vitulos et jugulare arietes, comedere carnes et bibere vinum.

VERS. 16. — IN UNO ANNO, vel dim adhuc annus, id est, infra unum annum. QUASI IN ANNO MERCENARI. Est in plurali; id est, non ultra extendetur: quemadmodum mercenarii non patiuntur addi aliquot dies anno pro conducti sunt. CEDAR, vel Kedar, nepos fuit Abraham, filius Ismaelis, à quo regio eodem nomine cognominata fuit Arabia Petraea, et populus illius regionis Agareni ab ancilla Abraham Agar dicti sunt; qui corpore ob solis aetum fusco, sagittandi artis peritissimi, et peccoribus tantum et raptu vivunt. Cedar enim est obscurum esse. De his infra 42 et 60. Sunt enim populi infensissimi populo Dei.

VERS. 17. — ET RELIQUIE NUMERI. Ad verb., relinquatur numerus arcus, id est, pauci. Ita enim accipitur interdum nomen sic reddi: misephar, vel Kedar numerus arcus fortium filiorum Kedar, pauci erant. Nam shechar nomen collectivum cum verbo plurali construitur. Huiusmodi sensum expressit Vulgatus. Per Assyrios enim debellati sunt. Verum quia credere huiusmodi gentem debellandam, quae desertis assuetâ, cursu velocissimorum eorum hostes facile eludere solebat, neque civitates habebat quae obsideri possent, non ita facile erat, addit confirmationem, quod Dominus sit locutus, ad cuius iram vitandam nullae vires aut artes valent.

CHAPITRE XXII.

1. Prophétie contre la vallée de Vision. D'où vient que tu montes ainsi en foule sur les toits?

2. Ville pleine de tumulte, ville pleine de peuple, ville triomphante, tes citoyens, tués, ne sont point morts par l'épée, ne sont point tombés dans la mêlée.

3. Tes princes tous ensemble ont pris la fuite; ils ont été chargés de rudes chaînes. Tous ceux que l'ennemi a trouvés ont été enchaînés ensemble, quoiqu'ils se fussent entés bien loin.

4. C'est pourquoi j'ai dit: Retirez-vous de moi; je répandrai des larmes amères; ne vous mettez point en peine de me consoler sur la ruine de la fille de mon peuple;

5. Car voici un jour de carnage, un jour où tout est foulé aux pieds; un jour de cris lamentables, que le Seigneur Dieu des armées envoie en la vallée de Vision; jour qui s'ape la muraille, et qui fait paraître sa gloire sur la montagne.

6. Elam prend déjà son carquois; il prépare ses chariots pour ses cavaliers; il détache ses boucliers des murailles.

7. Tes plus belles vallées sont couvertes de chariots de guerre, et la cavalerie ira se camper à tes portes;

8. L'ennemi détruira toutes les murailles qui couvraient Juda; et vous jetterez alors les yeux sur l'arsenal du palais de la forêt.

9. Vous remarquerez le grand nombre de brèches de la ville de David, et vous amasserez les eaux de la piscine d'en bas.

10. Vous ferez le dénombrement des maisons de Jérusalem, et vous en détruirez une partie pour fortifier la muraille.

11. Vous ferez encore un réservoir d'eau entre deux murs auprès de la piscine ancienne, et vous n'élèverez point les yeux vers celui qui l'a faite, et vous ne regarderez pas même de loin celui qui en est le créateur.

12. Alors le Seigneur Dieu des armées vous invitera aux haras et aux soupirs; à raser vos cheveux et à vous revêtir de sacs.

13. Et au lieu de cela, vous ne penserez qu'à vous

Comedamus et bibamus : cras enim moriemur.

14. Et revelata est in auribus meis vox Domini exercituum : Si dimittitur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit Dominus Deus exercituum.

15. Hæc dicit Dominus Deus exercituum : Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnaam præpositum templi, et dices ad eum :

16. Quid tu hic, aut quasi quis hic ? qui excidisti tibi hic sepulcrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petrâ tabernaculum tibi.

17. Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, et quasi amictum sic suble- vabit te.

18. Coronans coronabit te tribulatione, quasi pila- m mittet te in terram latam et spatiosam : ibi mori- eris, et ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui.

19. Et expellam te de statione tuâ, et de ministè- rio tuo deponam te.

20. Et erit in die illâ : vocabo servum meum Elia- cîm filium Helciae.

21. Et induam illum tunicâ tuâ, et cingulo tuo confortabo eum, et potestatem tuam dabo in manu ejus ; et erit quasi pater habitantibus Jerusalem, et domui Juda.

22. Et dabo clavem domûs David super humerum ejus ; et aperiet, et non erit qui claudat ; et claudet, et non erit qui aperiat.

23. Et figam illum paxillum in loco fideli, et erit in solium gloriæ domui patris ejus.

24. Et suspendent super eum omnem gloriam dor- natûs patris ejus, vasorum diversa genera, omne vas parvulum, à vasis craterarum usque ad omne vas musicorum.

25. In die illâ, dicit Dominus exercituum, auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli ; et frange- tur, et cadet ; et peribit quod pependerat in eo, quia Dom- nus locutus est.

VERS. 4. — VALLIS VISIONIS. Manifestum est quòd de Jerusalem sit sermo ; quæ enim non in valle sita fuerit, ideò *Vallis visionis* dicitur quòd in eam veluti in vallem visiones Prophetarum confluerent, et sur- per Jerusalem multe visiones factæ fuerint Prophe- tis. Vel allusio est ad montem in quo *Dominus ridit* seu *provocavit sibi de victimâ*, qui *Moriah* dicebatur, in quo postea templum fuit con-structum ; quòd scilicet jam indigna esset Jerusalem in quâ Dominus aliam sibi victimam provideret quæ mactari deberet ; sed ipsa Jerusalem funditus everti ob sua scelera mereba- tur, ut jam non *Mons visionis* sed *Vallis* dicenda esset. Favet huic expositioni interpretatio Vulgata, quæ in eo loco Gen. 22. *Moriah Visionem* interpreta- tur, quasi esset à verbo *raah*, mutatâ *aleph* in *Jod*, et per anticipationem sic dicitur sit mons ille, et non- men sortitus sit postea à *visione* illâ victimæ pro Isaac. Quam etymologiam non est cur quis improbet ; aliâ vide loco suo. Fortè ad ipsum nomen *Jerusalem* est allusio, quasi voluerit Propheta nomen invertère.

réjouir et vous divertir, à tuer des veaux et égorger des moutons, à manger de la chair et à boire du vin. Mangeons et buvons, ditez-vous ; car nous mourrons demain.

14. C'est pourquoy le Seigneur Dieu des armées m'a fait entendre cette parole dans une révélation : Je jure que vous porterez cette iniquité jusqu'à la mort, dit le Seigneur Dieu des armées.

15. Voici ce que le Seigneur Dieu des armées a dit : Allez trouver celui qui habite dans le taber- nacle, Sobna, qui est le préfet du temple ; et vous lui direz :

16. Que faites-vous ici, ou quel droit y avez-vous, vous qui vous êtes préparé ici un sépulture, qui vous êtes dressé un monument avec tant d'appareil dans un lieu élevé, et qui vous êtes taillé dans la pierre un lieu de repos ?

17. Voilà que le Seigneur vous fera emporter d'ici, comme on emporte un coq, et il vous fera enlever comme un manteau.

18. Il vous couronnera d'une couronne de maux ; il vous jettera comme une balle dans une terre large et spacieuse ; vous mourrez là, et c'est à qui se ré- daira le char de votre gloire, vous qui êtes la honte de la maison de votre Seigneur.

19. Je vous chasserai du rang où vous êtes ; je vous déposerai de votre ministère.

20. En ce jour-là, j'appellerai mon serviteur Elia- cîm, fils d'Helcias ;

21. Je le revêtirai de votre tunique, je l'honorerai de votre ceinture, je lui remettrai entre les mains votre puissance ; et il sera comme le père des habi- tants de Jérusalem et de la maison de Juda.

22. Je mettrai sur son épaule la clef de la maison de David ; il ouvrira, et personne ne pourra fermer ; il vermera, et personne ne pourra ouvrir.

23. Je le fixerai comme un bois qu'on enfonce dans un lieu fermé, et il sera comme un trône de gloire pour la maison de son père.

24. Toute la gloire de la maison de son père sera comme suspendue sur lui ; on y mettra des vases de diverses espèces, toutes sortes de petits instruments, depuis les coupes jusqu'aux instruments de musique.

25. En ce temps-là, dit le Seigneur des armées, le bois qu'on avait fait sceller dans un lieu stable, sera arraché ; il sera brisé et il tombera, et tout ce qui y était suspendu périra, parce que le Seigneur a parlé.

COMMENTARIUM.

Nam, ut cap. 4 dictum est, nomen *Jerusalem* dictum erat à *celitudine*, quasi *conspicua Salem*. Nunc autem jam indigna videretur hoc nomine, et *Vallis* potius dicenda esset, sed *visionis*, quia omnium ferè Prophetarum esset quasi subjecta materia et scopus. QUIDAM TIBI. Hic Hebraismus per verbum *habes* optime redditur. Admiratur Propheta subito rursus per permutationem. Estque de æ vastatione sermo quem Sedechiâ facta fuit. In perturbationibus autem magnis et tumultibus consecuerant civis tecta consceudere, ex quibus possent et melius percipere causas tumultûs, et tutiores esse. Notum est autem plana fuisse tecta olim in Palestinâ et in calidis regio- nibus aliis.

VERS. 2. — CLAMORIS. Nomen plurale *thesmoth* est à verbo *schaab*, id est, *repentè irruit*, obruit cum magno impetu, fragore et strepitu ; unde nomen *soni- tum*, vociferationes, tumulationes, certum est signifi- care. Hic autem puto incipere narrationem malorum : *Urbs frequens, civitas exultans, plena est tumultuatio-*

nibus. FREQUENS. Malu cum Vulg. sic vertere quàm sonorum, garrulam aut obstreperam, ut alii vertunt. Nam quavis hæc significationes conveniant cum radice *hamah*, video derivatorum significationes latius patere. Significat ergo *homiah*, frequentiam substantivè, et in plurali ipsas turbas, ut Prov. 1. Et est epithetum laudis, sicut et quod sequitur *civitas exultans*. INTERFECTI. Ex tumultuationibus sequuntur caedes, et rursus ex caedibus tumultuationes oriuntur. Vox autem *Hebraea* et *vulneratos* et *interfectos* significat ; nam verbum *calal* significat in genere *vim pati*, violentari, profanatum esse ; unde nomen ad *vulneratos* et *interfectos* extenditur.

VERS. 3. — CUNCTI PRINCIPES. Ita legitur ultimo capite lib. Reg. et in Jer., quòd omnes viri fortes cum rege aufergerint. DUREQUE. *Kescheth* arcus est ; unde nonnulli conjungunt cum verbo *fingerunt*, quòd ab *areu* *fingerunt*. Alii ab *arca ligati* sunt, id est, à sagittariis. Ego mem pro *præ* et comparativâ particulâ accipere, quasi significet eos magis vincetos quàm astringatur arcus. Et hunc sensum expressit Vulg. In gratiam tamen curiosi lectoris aliam interpretationem addu- cam, quam etsi non sequor, existimo tamen merito reprehendi non posse. Est Hebraeus verbum *וּפְרַז*, quòd, quantum conjicere potui, est *cursum capi* seu *intercepti*. Nota autem est lex hujus ordinis verborum, ut si manitio hanc habeat formam quam hic vides. Unde sic verti posset, à *capiendo* vinceti sunt ; id est, *fingerunt*, sed ubi *cursum intercepti* sunt à Chaldaeis, vinceti adducti sunt ; de aliis autem qui in civitate in- venti sunt sequitur : *Omnes inventi tui*, etc. PROCU- FUGERUNT, id est, transmissi sunt ; nam et id patitur usus verbi *bara* ; et mem hoc loco in dictione *Meracoq* non habet vim præpositionis à *vel ab*, à *longè*, etc., sed absolutè, *longè*, *procul*, etc., ut infra 25, 6, et alibi.

VERS. 4. — RECEDITE. Verbum *schaah* juxta variam constructionem variè reddere oportet, et quidem cum ablativo mediante præpositione *mem* significat *divertere*, Job. 14, etc. AMARE FLEDO. Sensum optime reddidit Vulg. ut *verba* expressi, quòd esset Hebrais- mus. NOLITE INCUMBERE. Sensum reddidit, ego signi- ficationem verbi retinui : *Ne urgeatis*, etc. Quanto studio patriam suam civitatem Hierosolymitanam et populum Dei prosequens fuerit his verbis ostendit Prophe- ta ; neque enim cum à fletu colhibebat, intelligere à Deo proficisci ultionem et vastationem illam. Et hæc sunt sanctorum viscera etiam in punitionibus peccatorum.

VERS. 5, 6. — DIES ENIM ULTIONIS, etc. Hæc est, inquit, mœstitie meae causa : constituit Dominus meus *Jehova exercituum*, cœli et terræ Moderator, sibi diem in quo Hierosolymitanos, ad quos omnes Prophetarum visiones diriguntur, conturbet, conculet, distrahat ac disperdat. Hunc diem ostendit mihi Do- minus. Quæ autem sequuntur sunt descriptio hujusce tumultûs ac distractionis. Per hypotyposim enim describit adventum hostium, et quæ Jerusalem sit per- passa. Sunt autem singularia per pluralibus, figura Hebraeis frequentissima. Adsunt, inquit, destructores

murorum ; clamores seu acclamationes ad montes extenduntur. Peritissimi etiam adsunt sagittarii. Neque desunt currus, aut qui ex eis præliantur vectores scutiarum quoque militum non deest multitudo. INTERFECTIOS. Verbum *hun* turbationem proprie notat ; sed Vulg. eam perturbationem seu tumultum intelli- git, qui fit dum interficiuntur cives. FLEUTUM. Vulg. deduxit nomen à *bacah* ; ideò *fletum* vertit. Est autem singulare, et deduci potest à *luc*. SCRUTANS MURUM. *Mecarear* participium est verbi geminati, quod for- mari videtur à nomine *kir*, quod *parietem* seu *murum* significat. Porrò geminatum illud verbum, ut nonnulla alia secunda con-ug. à nominibus formata, significationem quodammodo contrariam habet nomini ; q. d., *exparietavit* : hinc participium vice nominis pro *his qui ex officio habent parietes seu muros suffodere*. In hæc autem vastatione de qua sermo, magni civi- tatis diruiti sunt. Vide ult. caput lib. Reg. MURIFICIOS. Non dubium quin Vulg. nomen *schoa* à verbo *tascha* deduxerit, sicut infra 32, *opulental*, ubi magnificentum vertit Vulg. Potest autem esse et à verbo *schna*, quod *vocem extendere* significat, et pro *acclamatione* accipi. Libenter ego hoc loco intelligerem illos qui montes diruunt et complantant ad expugnationes urbium ; unde terram ad aggeres circa muros collocandos afferunt ; vel pro ipsâ acclamatione militum que in montibus rebat. ALIAM. Non hic pro ipsis *Alamitis* seu *Persis* accipio, sed pro *peritissimis sagittantibus* ; eo modo quo *Arabs* pro *latrone* accipitur Hebrais. Sic etiam accipio in hoc eodem versu *Kir* pro *Kireis* ; *Kireis* verò, non qui ex illâ civitate essent Moabitarum de quâ supra in vastatione Moab dictum est, sed pro *scutatis militibus*, quòd *Kirei*, ut aiunt, in eo genere armorum excellenter, sicut *Persæ* in arte sagittandi, aut *Parthi*. Sed quia *Kir* etiam *parietem* designat, Vulg. *parietem* dixit *demudatum clypeo*. Pendent enim ex parietibus clypei. Quòd si priorum sensum sequaris, dices clypeos servari oblectos coriis vel aliis operimentis ; instante autem pugna nudari. Possumus et verbum *avah* pro *evacuare* accipere, q. d. : *Civitas Kir videtur effulsisse turbam suorum scutiariorum*.

VERS. 7. — VERSUS LIC AD SUPERIORES ETIAM PERTINET. ELECTE VALLIS, etc. Sensum expressit Vulg., neque inerrudite. Ad verb. in Hebræo est, *electionem vallium tuarum impleverunt currus*, etc., ubi *rakeb* collectivè accipitur, et *pharashim* pro *equis* et aliis animalibus que currus trahunt ; et cum verbo *impleverunt* conjungenda puto. Vulg. pro *equitibus* accepit *PERASHIM*, ut interdum videtur accipiendum. POSENT SEDES. Sensum expres- sit, non verba ; et videtur hoc retulisse ad ingressum principum regis Babylonis, de quibus dicit Jeremias c. 39 : *Ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, et sederunt in portâ*, etc. Possumus tamen hæc de castrametatione illâ intelligere quæ fuit antequam aperiretur civitas : quod audaciam auge potestiam au- stium significat. Quòd autem verti, *ponendo possiti sunt ad portam*, nemini mirum videatur ; nam si sine casu ponatur verbum *schatath*, significationem neutralem habet, ut Ps. 49 : *Tanquam ovis in inferno positus sunt,*

VERS. 8. — REVELABITUR. Optimè Vulg. tertiam personam activam accepit quasi impersonaliter. Quid autem per *operimentum* seu *tegmentum* accipiamus non usque adeò manifestum est. Quilam non indoctè hoc ad thesauros refert, *revelabitur absconditum*, seu *revelatum est*, ut incipiat narrare quæ ipsi obsessi fecerint. Alii per *antemurali* accipiunt, et ad hostes referunt. Sed prior expositio magis mihi arridet, et sequentibus convenit. Nam inter alia quæ qui se humanis viribus defendunt præ oculis habent, non inferiorem locum habent pecunie, quæ sunt bellorum nervi. Intimis autem et absconditis thesauris non solent parcere obsessi. ARMAMENTARIUM. Simul etiam armorum omnis generis rationem habent. Nomen *nesheq* generale est ad omnem *armaturam*; neque dubito quin hoc nomen Paulus Græcè reddiderit *παραρτία*, quod Ambrosius vertit *universas armorum*, Eph. 6: *Quapropter assumite παραρτίαν, ut possitis resistere in die malæ, et omnibus profugitatis consistere*, etc.; et postea species aliquot *armaturæ* hujus enumerat, non aliter quàm Ezechiel c. 39, ubi ponitur initio hoc nomen, postea ad ejus species descenditur, *scutum, peltam, arcum, sagittas*, etc. Ex eo loco autem et Job. 20, et 1 Reg. 10, etiam hanc esse vocis significationem comprobatur. Sed hoc non obest quominus pro ipso *armamentario* accipi possit. Hic tamen pro *armaturâ* potius acciperem, quæ reposita erat in eo loco qui dicebatur *domus silvæ*; vel quod reges ibi haberent arma quibus utebantur in venatione; vel ob densitatem et multitudinem armorum *domus silvæ* dicebatur. Cæterum quod ad etymologiam attinet, quidquid alii dicant, ego cum sinistro puncto scribendum existimo, *reclamantibus* licet Massoritis, quod à verbo *naschaq*, id est, *succedit ignem*, deductum videatur. Unde Ezechiel c. 39, alludens ad ipsam nominis originem, ait quòd *accenderent ignem cum NESCHQ*. Ratio autem in promptu est, quòd bella, quæ armis geruntur, igni comparantur in Scripturis; unde et ipsa armatura, quæ bellum geritur, hoc nomine, quasi incentiva illius ignis, meritò appellatur.

VERS. 9, 10, 11. — VIDEBITIS. Hebr. in præterito, *vidistis*; id est: *Cùmque videretis rupturas murorum et ipsius arcis Sionis dissectiones, quas hostes machinis bellicis faciabant, aquas congregatis, et domos demoliti estis, etc., ad reficiendos muros, etc. Numeratio domorum ad hoc erat, ut juxta numerum et proportionem loci quem occupabant, aut solverent aut etiam diruerent quantum necessarium judicaret magistratus civitatis. Denique omnia ab ipsis præstita fuisse quæ humana prudentia necessaria judicasset insinuat. Non suspexitis. Cùm omnia faceret quæ humana providentia faciendâ judicaret, Dei, qui conatus nostros aut irritos reddidit aut finem optatum consequi facit, quem tanquam omnium actionum nostrarum finem atque principium deberemus suscipere, Dei, inquam, in quo vivimus, movemur et sumus, obliviscerentur, neque ejus auxilium implorabant, aut à peccatis, quibus iram ejus provocaverant, abstinere: ad quem vel ob illum rationem respicere debuissent, quòd is ipse dice-*

retur *constructor civitatis* et arcis illius, ubi etiam erat templum, cujus ædificii ratio tota à Deo fuerat profecta. De LONGE, vel *de longinquo*, id est, veterem et antiquum, qui olim civitatem ipsam formaverat, cujus muros descriptos in manibus gerabat et tecta. Ego, inquit, Dominus sum civitatis et domorum; quid est quòd inconsumi me domos recessitatis *ad demoliti estis*? Quid putas dicturum Deum in eos qui Ecclesiam Christi, quam sanguine suo fundavit, erexit atque stabilivit, devastant? aut qui humanâ tantùm sapientiâ fulti, dissectionibus et rupturis ejus obviare volunt, neque eum consulunt quid fieri velit, neque eum deprecantur ut iram ponat, hostes profiget, diruta restituet; neque à peccatis manus avertunt, quinimo illis ipsis sanguine tinctis domum ac civitatem Dei comminire presumunt? O cæcæ hominum mentes! ò inaudita temeritatem! ò stolidam sapientiam! Ad Factorem, ad Formatorem ejus quoadquos non respicietis? Sed quid aliis verbis in istos amantes homines quàm ipsis Propheta invehimur?

VERS. 12. — VOCAVIT AD FLETUM, vel *Jerosolymitanos*; vel, constructione Hebræis familiarî, *vocavit ad fletum*, id est, compellavit fletum ut scilicet veniret. Ubi sunt hæretici, qui fletum et planctum, victumque planctui consentaneum, asperiorumque vestitus rationem damnant, neque de mente Domini esse dicunt? Quid Spiritus dicat non intelligit delicati carnis auditores et sensus mancipia. Nonne aperte significat Propheta hostes instare, et omnia in circuitu civitatis hostilia esse, voces esse Dei quibus homines ad fletum provocat et ad penitentiam invitavit? Hic tendunt minæ; in hunc finem adducti hostes et immittit adversa. Quisquis eo tempore aliud facit, Deum non intelligit, Spiritum non audit, Deo non obtemperat. Sed quid civis Jerosolymitani?

VERS. 13. — ET ECCE GAUDIUM, etc. Hæc manifestum est in adversis Domino displicere, et quæ sequuntur. Ut quàm iniqui sint novi hæretici in delectum ciborum, vel ex hoc loco percipiat pius et fidelis lector. Nam si cùm opus erat Domino in luctu deprecari ut hostes submoveret, indignum dicit Dominum quòd comederent carnes et vino indulgerent, quæ sanæ mentis non videat institutionem Spiritus S. dignam esse, ut illis diebus quibus aut passionem Domini aut sanctorum transitum celebramus, aut etiam quibus antea vitam deslere præceptum est, à carnibus et delicatis omnibus abstinemus? Sed hæc in aliud tempus omitamus. Illud interim de verbo *macchandis* seu *jugalandi* admonendum duxi lectorem, quòd *schacat* significat Hebræis non solum *macrare*, sed *expansam pecudem macrare, ut sanguis largius effluat*. Hujus indicium præbet participium significationis passivæ *schacat*, quòd *expansum* significat, ut 2 Par. 9: *Fecit rex Salomon ducenta senta ex auro expansa*. Quo etiam verbo usus est Moses in sacrificio Isaac; ubi quasi in typo Moses hoc verbo præmonstrare voluit quòd Christus victima expansione in cruce macrandus erat, et sanguis ejus copiosè effundendus in emundationem peccatorum nostrorum. De cæteris vo-

cibus satis supra dictum est. COMEDAMUS ET BIBAMUS. Infinitiva sunt in Hebræo; sed Vulg. quid vellent optimè expressit: quod et Paulus quoque in eundem modum interpretatus est. Hic mecum interim considera cæcitatem hominum qui juxta carnem vivunt; ex hoc enim quòd *postridè sicut morituri* inferum hodie genio indulgendum; at Spiritus Domini, ne postridè moriantur, hodiè abstinentiam et carnis macerationem suadet. Cujus sensum qui cum Paulo habent, ideò duriter vivunt quòd mors sit in januis; et quia *figuram habitumque mundi transire* animadvertunt, non rident, non letantur, sed omnibus *utuntur ac si non uterentur*.

VERS. 14. — ET REVELATA EST VOX, etc. Vulg. doctè admodum expressit sensum, supplens nomen vox. Nerò enim putare debet quòd de *auribus Domini* sit sermo, ut quidam qui se putant Hebræicè scire putant; nimirum quòd punctis Rabbiorum absque judicio addicti erant. Quare neque verbum *jecaper* in voce passivè legendum est, sed activè. Favet huic interpretationi Chaldaeus, qui ait: *Dicit Propheta: In auribus meis fuit auditum*, etc. Si dimittetur. Manifestum est esse jurantis. DIXIT MORIAMINI; id est: Non prius moriemini quàm puniamini. Vel idem est quòd: *Toto vitæ vestre tempore non remittet iniquitatem*, quod aliis verbis Dominus in Evangelio Joannis ait: *In peccato vestro moriemini*. Quòd si iniquitatem pro *penâ iniquitatis debiti* accipias, ut interdum capitur nomen *on*, perinde est ac si dicat: *Perpetuè luets penas quoque hostilia emini*. Vide interim quid apud Dominum mereatur, genio indulgere, et ad Dominum non redire, dum percutitur, et Factoris omnium oblivisci.

VERS. 15. — QUI HABITAT IN TABERNACULO. Quid propriè sit *soken*, neque ipsis Judæis satis compertum est. Nonnulli Rabbini *thesaurarium* interpretantur; ego tamen magis generalem vocis significationem existimo, deductur enim à verbo *sakan*, *conveniebat, conferebat, conducebat*. Hinc puella illa quæ regi Davidi inserviebat, et ejus jam senis curam gerebat, dicitur *sokeneth*, 1 Reg. 1. Habebat ergo iste curam templi, ut provideret quid factu opus esset ad reparationem, sicut mulier illa curam habebat omnium quibus rex senex indigebat. Virum ego *apothecarium* dixi, licet nomen non omnino exprimat vim vocis Hebrææ: crediderim autem hanc vocem mox explicari (1). Et DICES AD EUM, quia omnino supplendum est, supplevit Vulgus. Biblia quæ nunc habemus non habent hæc verba.

(1) QUI HABITAT IN TABERNACULO, seu in interiore parte templi; Sept. in *pastophorio*, id est, in exedrâ, seu cubiculo præpositi sanctuarium, ubi sacerdotes morabantur, dum templo deservirent. Inter hos aderat tum *Sobna præpositus templi*, nempe summus sacerdos et pontifex, ut vult S. Hieron. Lyranus et Sanchez, et patet ex v. 21 et seq. Unde alius hic est *Sobna*, ut et alius *Eliacim*, ab illis quorum fit mentio, 4 Reg. 18 et 19. Nam illi laici veri similitus erant, saltem non pontifices; erat enim *Sobna* scriba. Eliacim solum præpositus domus regie, ut vult Josephus, Abulensis et Tornielius. Vel, si præpositus templi fuit, soli militari custodiæ præerat. Hi verò, quorum Isaias meminuit, sacerdotes erant et pontifices. (Tirinus.)

VERS. 16. — QUID TU HIC? Vel: *Quid tibi hic habes? Quid hic tibi negotii est?* Profectò supersedere posses, Rursus, QUASI QUIS HIC? Vel: *Quis tibi hic? id est: Queniam hic habes?* His duabus interrogationibus solent Hebræi præstringere imprudentes et eos qui frustra laborant, neque ea quæ opus esset considerare animadvertunt. Nos dicemus: *Quid causa habes? aut in cujus gratiam huic operi incubis?* Possumus et sic accipere: *Quidnam hic substantiæ habes? aut quis tuus hic hæres erit?* quasi significet ipsum præfectum universamque ejus substantiam atque familiam illinc auferendam; ideòque superfluum et inanem esse ejus curam excidendi sepulcri. EXCIDISTI IN EXCELSO MEMORIALE. Vulg. mutationem personæ noluit servare, sensum tantummodo expressit ut obscuritatem vitare quòd fidi interpretes interdum faciunt. Ego verba expressi, in quibus videbis transitum à secundâ in tertiam personam, quasi conversus Dominus ad Prophetam, vel Prophetam ad alios, affirmet ita factum, ut eum deridendum proponat. Hebræis ergo *cotebsei* est participium cum *iod* paragogico, et per verbum præteriti imperfecti reddi potest, quasi essent parentesis inclusa in hunc modum: *Quid tibi, etc., quòd excidisti tibi sepulcrum (excidebat nempe celsitudinem sepulcri sui, constitutebat in rupe habitaculum sibi); ecce Dominus, etc.* Est etiam *cokeki* participium cum *iod* paragogico à verbo quòd *constituere formam alticujus rei* notat. Vulg. pro adverbio accepit.

VERS. 17. — ASPORTATI TE, etc. Sensem expressit. Ego enim *taletat* puto esse eorum qui res, ut facilius deferri possint, circumvolvunt atque constringunt. Meminisse autem oportet quòd femina super capita majora onera portent; ad viri præsertim qui magna itinera conficiunt, parva admodum involucra humero deferant. Unde sequitur, *et obtegit te operiendo*, id est, iterum atque iterum operiendo; deinde iterum atque iterum, quasi *itarâ circumcingendo atque constringendo, quasi globum*, etc. Hunc esse germanum sensum puto. Nam de gallo *gallinæo* fateor me non intelligere quid velit vulgatus Interpres. Quæ etiam alià de *asportatione* vel *exoneratione viri*, id est, fortis, dicunt, non placent hoc loco.

VERS. 18. — CORONANS, etc. Non dubito quin quæ Hebræis est *tsanath* et *tsenepah* sit quam capiti circumvolvebant in Oriente reges et sacerdotes et iudices, ex filis tenuissimis contexta. Dicit ergo per sarcasum: *Convolutum et obtectum asportari te faciet, tanquam onus viri, et cidarizans cidarizabit te cidari*, id est, iterum atque iterum te circumcinget atque constringet, ut quasi in globum compactus faciliè transporteris. Illud autem ad terram latam conjungendum est cum verbo *transportari te faciet*; vel suppleendum est verbum motus, ut fecit Vulgatus. Ea enim natura est lamed vel *el* quando jungitur verbo quòd non significat motum. ET SPATIOSAM. Hebræis-mum doctè vitavit. Hebræi dicunt *latum manibus*, vel *manuum*, quidquid sinus et recessus habet; sicut de mari in Psal., *spatiosum manibus*, quæ vulgò brachia appellamus. Hoc verò dixit ad augmentum miserie in

exilio. Non enim ita facile est redim cum qui in amplissimum regnum ductus est captivus sicut qui in parvum, ubi omnes noti sunt, neque qui eos emere possunt in longinquis regionibus transferunt. CURRUS GLORIAE TUE; id est: Gloriosi currus tui, in quibus gloriosus equitabas, istuc te deferent. Non quod in eis abducius fuerit, sed quod propter filius fastum et inaequam gloriam illuc captivus abductus fuerit. Estque perquam festivè dictum, ut *currus gloriae quemquam adducant ad ignominiam*.

VERS. 19. — DEPONAM TE. In Hebraeo est mutatio personae.

VERS. 20. — VOCABO SERVUM MEUM, etc. Quando hoc factum sit non commemorat Scriptura. Ego non puto in visionibus servatum ordinem. Supra de vastatione Hierosolymitana sub Sedeclai verba fecerat; hanc multo tempore post processisse Sobnae captivitatem. Certè cum Eliachim filio Helechia missus est Sobna quidam ad duces regis Babylonis sub Ezechia, ut infra videbimus.

VERS. 21. — TUNICA. Nomen *kuthoneth*, quod duplici forma legitur, sed eadem significatione, peregrinum videtur. Hinc puto Graecos mutasse *χιτων*, et Latinos conversione litterarum *tunicam* appellasse. CINGULO TUD. Etiam *abeneh* peregrina vox mihi esse videtur. Est *balteus*, *cingulum militare*. Eratque in militi sua stantium, praesertim sacerdotum, qui mandato divino utebantur duobus balteis: de pretioso qualis fuerit habetur Exod. 39; de altero, qui erat lineus, legitur Levit. 16. Usus autem baltei vel ex hoc loco Isaiæ habetur. Cingebantur enim ne vestes defluerent, et ut redderentur ad opera conficienda expeditiores ac firmiores constantioresque. Unde hic alludens Paulus 1 Tim. dicebat: *Gratias ago ei qui me confortavit in Christo, quia fidelem me existimavit, ponens in ministerio*, etc. Robore enim opus est ministerio Dei, et fide: illud dat Dominus, hanc verò exigit; et utrumque donum ipsius est. Proinde figuratè pro fortitudine et constantia sumitur, ut Ephes. 6: *State lumbis circumcinctis balteo veritatis*. Non tamen existimo sacerdotem tantum balteo usus fuisse; neque scio an sacerdos fuerit Sobna, quamvis mihi sit probabile quod qui curam templi haberet sacerdos esset; nisi dicas quod curam domus regie haberet, non templi, unde dicitur supra vers. 18: *Ignominia domus heri ejus*, id est, regis Jehuda. Fortè erat qui in regia post regem major est, qui *tunicà et balteo* utebatur, quæ erant veluti muneris quedam notæ: quod exponens ait: *Potestatem tuam*, etc.

VERS. 22. — CLAVEM DOMUS DAVID. Hic quoque locus videtur innuere Sobnae ministrum regis fuisse. SUPER HUMERUM. Magnas claves solent clavicularii super humeros deferre. Non dubium autem esse debet viro christiano et docto, *clavium* nomine, imò totà hæc periphraza, potestatem designari: ubique enim claves potestatem declarant. Claves devicti populi victori deferunt. Claves quoque tradunt magistratus eis quos in possessionem legitime introducunt. Quapropter non erat cur novi hæretici tenebras po-

pulo Dei offenderent, dum locum Evangelii: *Tibi dabo claves regni cælorum*, etc., enervare volentes, conantur persuadere indoctis, non tibi potestatem à Domino concessam, sed de scientiâ esse sermonem, juxta alium locum Evangelii: *Tulistis clavem scientiæ*. Sed miror istorum hominum cecitatem, qui cum ex Scripturis volunt Scripturas interpretari (ut aiunt belli interpretes), Scripturarum locos quos à se ipsis confirmationem afferunt non satis expendunt. Quid, queso, in illo ipso Evangelii loco, quem adducunt de *clavè scientiæ*, aliud nomine *clavis* quam quod nos dicimus intellexit Christus? Certè illos increpabat quòd neque scientiam ipsi haberent, neque sinebat ut alii intelligerent quod intelligere summo perè necessarium esset. Facitis, inquit, ut neque vobis neque aliis aditus ad scientiam pateat. Vos quod intelligitis non sequimini, estisque veluti si non sciretis neque intelligeretis; prohibetisque totis viribus ad illam veritatem pateat. An, queso, hoc est scientiam *claves* appellare, et non magis potestatem *clavem* dicere? Quid aliud est: *Quodcumque ligaveris, sit ligatum*, quam quod hoc loco dicit: *Claudet, neque erit qui aperiat?* et illud: *Quodcumque solveris, sit solutum, quàm aperit, et non erit qui claudat?* nam et ligata appellat interdum Hebraismus *clausa*, et aperta *soluta*. Quibus, queso, verbis Joannes in Apocalypsi omnimodam potestatem Domino tribuit nisi his: *Hæc dicit Sanctus et Verus, qui habet clavem David, qui aperit et nemo claudit; claudit, et nemo aperit?* Quid aliud est *claves abyssi habere* quam posse illud mittere quem volet, et claudere cui volerit? quod ejus est qui habet imperium vitæ et mortis. Sed omissis cæcis istis, ad verba Prophetæ redeamus; de quibus hoc sentio, quòd quia ad mysterium respiciat Isaias, *domus David* mentionem fecit, in qua regnatus erat Christus Dominus: quò faciunt et nomina; nam *elichias* est *Deus stare facti*, et *calechias* est *portio Dei*. Sed interim historiam textit, et de Ezechiam loquitur, qui in regia domo Ezechia plenam habuit post regem potestatem; et hunc jam, cum venerunt Chaldaei, vocat Scriptura *praefectum domus*, seu *qui erat super domum*. Hic notandum videtur, quòd non solum regem Dominus deponat è solio, aut instituat, sed et alios qui post regem sunt, eorumque rationem habeat. Non enim tantum regum mores reipublicæ aut prosunt aut nocent, verum etiam illorum per quos regnant et imperium in alios exercent. Unde hic Helechia dicitur civibus Jerosolymitanis pro patre futurus, et tanquam *pater* eorum curam habiturus. Cujus exemplum utinam nostri proceres sectarentur.

VERS. 23. — FIGAM ILLUM. Quemadmodum *clavem firmo loco infixas* sustinet que ipsi suspendit, praesertim si *clavem ipse vel paxillus tenax fuerit*; si autem *avellatur vel frangatur, quæ ab ipso pendebant corrumpunt*; ita quoque primates et proceres plurima in se habent que ab ipsis omnino pendere videntur; que mortuis ipsis aut à dignitate depositis corrumpunt et ferè pereunt, ut explicatur vers. ult. *Infigere ergo in loco fideli* est facere ut stabilis sit dignitas ipsius, et ut

multo tempore ex eo pendere possint res aliorum et suæ; cognati quoque ejus et amici atque affinitate conjuncti ad eum confligant, tanquam ad praesidium et locum tutum in quo res suas collocent; unde ait: *Et erit in solium (seu thronum) gloria domus patris sui*, quòd scilicet ad eum, ut columen totius familie et cognationis, imò verò tanquam ad regem, respiciant. Interdum enim *throni* nomen regiam dignitatem notat. Omnibus quidem erit pater, suis autem honor et gloria. Neque, si à Deo hæc fiant, poterit unquam, quæ hujusmodi gloriam sequitur, invidia impedimento esse quominus quispiam sit *gloria domus patris sui*, imò et ipsiusmet patris. Annon Joseph fuit in thronum *gloria domus patris sui*, qui fratribus fuit et pro patre et pro rege?

VERS. 24. — OMNEM GLORIAM. Certum est nomen *cabod*, quòd *gravitatem* vel honoris et dignitatis vel divitiarum designat, interdum *substantiæ* rectè verti, ut Gen. 21: *Fecit Jacob ex illis quæ sunt patris nostri omnem hanc gravitatem*. Significat autem his verbis Propheta futurum Eliachim hæredem omnium bonorum patris sui, ita ut nihil de totà hereditate periret sub potestate filii: quòd inter laudes filiorum reputatur. Unde Dominus in Evangelio *ex eis quos sibi Pater tradidisset non perisse quemquam gloriam, præter filium perditionis*. VASORUM DIVERSA GENERA. De sensu sollicitus vulgatus interpres nominum non multum anxiam rationem habuit. Sunt autem et ipsa satis obscura; sed ex aliis locis et etymologis illustrari pos-

CAPUT XXIII.

1. Onus Tyri. Ululate, a naves maris, quia vastata est domus, unde venire consueverant: de terrâ Cæthim revelatum est eis.
2. Tacete, qui habitatis in insulâ: negotiatores Sidonis transfretantes mare repleverunt te.
3. In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges ejus; et facta est negotiatio gentium.
4. Erubescet, Sidon; ait enim mare, fortitudo maris, dicens: Non parturivi, et non peperivi, et non enutrivivi juvenes, nec ad incrementum perduxi virgines.
5. Cùm audium fuerit in Ægypto, dolebunt cùm audiverint de Tyro.
6. Transite maria; ululate, qui habitatis in insulâ.
7. Numquid non vestra hæc est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate suâ? ducent eam pedes sui longè ad peregrinandum.
8. Quis cogitavit hoc super Tyrum quondam coronatum, cujus negotiatores principes, instiores ejus inclitii terræ?
9. Dominus exercituum cogitavit hoc, ut detraheret superbiam omnium gloriæ, et ad ignominiam deduceret universos inclitos terræ.
10. Transi terram tuam quasi flumen, filia maris: non est cingulum ultra tibi.
11. Manum suam extendit super mare, conturbavit regna: Dominus mandavit adversus Chanaan, ut contereret fortes ejus.

sunt. Et quidem *tsesitaim* nomen geminatum plurale à verbo *tatsa*, egressus est, pro cuiuslibet rei *propagine* seu *progenie* sumi potest, ut infra 28, de *progenitionibus terræ*; Job. verò 27, de *progenie filiorum*. At *tsaphioth* non alio in loco reperitur; tamen ex cognatis *tsaphah* et *tsiphoni* geminiva interpretari possumus. His ergo nominibus intelligi Propheta omnia quæ vivunt tam ex terrâ orâ quam ex ventre animalium; nominibus autem ratorum, cetera omnia inanimata. CRATERARUM, Hebr. *agan* à *rotunditate* nomen habet, vel *vas* significat quòd *circumseptum* est. *Phialas* dicere possumus. Est à *ganian*. MISCORUM. Supra jam cap. 5 dixi de nomine *netel* quòd *instrumentum musicum* designat; significat etiam cetera *rava utensilia* ex quavis materiâ, coriacea, vel liliâ, etc. Et fortè hoc loco in genere pro *vilibus vasis* accipitur, quæ sunt figulina. Habet autem appellationem à *vacuante*; neque habent Latini nomen quòd illi respondeat.

VERS. 25. — Hunc versum eleganter Vulg. reddidit. Ego significationem propriam vocum expressi. Iterum de Sobna est sermo; quem confirmat duplici asseveratione: priorem, nempe, *fidelis sermo*, referre possumus ad *evulsionem clavi*; posteriorem, ad *confractionem eorum quæ ex ipso pendebant*. Ille precat propter fastum et superbiam; alii autem, propter stultitiam, quòd spes suas in homine collocant quem non in timore Dei videbant vitam degere, illumque ornabant ob rem abundantiam atque potentiam, qui ob vitam et mores indignus erat honore.

CHAPITRE XXIII.

1. Prophètes contre Tyr. Poussez des hurlements, vaisseaux de la mer, parce que le lieu d'où les navires avaient coutume de faire voile a été détruit. La nouvelle de sa ruine viendra de la terre de Céthim.
2. Bénéarez dans le silence, habitans de l'île; les marchands de Sidon passaient la mer pour venir remplir vos ports.
3. Les semences que le Nil fait croître par le débordement de ses eaux, les moissons que l'Égypte doit à ce fleuve, étaient la nourriture de Tyr; et elle était devenue comme la ville de commerce de toutes les nations.
4. Sidon, rougiss de honte, parce que cette ville maritime, cette ville qui était la force et la gloire de la mer, dira: Je n'ai point conçu, je n'ai point mis d'enfants au monde, je n'ai point nourri de jeunes gens, je n'ai point élevé de jeunes filles.
5. Lorsque le bruit de la destruction de Tyr sera passé en Égypte, on y sera saisi de douleur.
6. Traversez les mers; poussez des hurlements, habitans de l'île!
7. N'est-ce pas là cette ville que vous vantiez tant, qui se glorifiait de son antiquité depuis tant de siècles? Ses enfans sont allés à pied bien loin dans les terres étrangères.
8. Qui a prononcé cet arrêt contre Tyr, autrefois la reine des villes, dont les marchands étaient des princes, dont les négocians étaient les personnes les plus éclatantes de la terre?
9. C'est le Seigneur des armées qui a porté cet arrêt pour renverser toute la gloire des superbes, et pour faire tomber dans l'ignominie tous ceux qui paraissaient dans le monde avec tant d'éclat.
10. Prenez-vous hors de votre terre comme un fleuve, ô fille de la mer, vous n'avez plus de ceinture.
11. Le Seigneur a étendu sa main sur la mer, il a brancé les royaumes, il a donné ses ordres contre

12. Et dixit : Non adificies ultra ut glorieris, calumiam susinens, virgo illa Sidonis : in Cethim consurgens transfreta ; ibi quoque non erit requies tibi.

13. Ecce terra Chaldeoꝝ, talis populus non fuit : Assur fundavit eam : in captivitate traduxerunt robustos ejus, suffoderunt domos ejus, posterunt eam in ruinam.

14. Ululate, naves maris, quia devastata est fortitudo vestra.

15. Et erit in die illa : in oblivione eris, o Tyre septuaginta annis, sicut dies regis unius : post septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis.

16. Sume citharam, circui civitatem, meretrix oblivioni tradita : bene cane, frequenta canticum, ut memoria tui sit.

17. Et erit post septuaginta annos, visitabit Dominus Tyrum, et reducet eam ad mercedes suas : et rursum fornicabitur cum universis regnis terræ super faciem terræ.

18. Et erunt negotiationes ejus, et mercedes ejus sanctificate Domino ; non condentur, neque reponentur ; quia his qui habitaverint coram Domino, et crit negotiatio ejus, ut manducet in saturitatem, et crescant usque ad vetustatem.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — *Tyrios* Judæis vicinis aggreditur. Ipsorum enim Judæorum res agebatur in hujusmodi vicinorum vastationibus, non modo ob generales rationes quas supra attigi, sed et quia in his omnibus provinciis ac civitatibus quam plurimi Judæi habitabant. Dicebatur autem *Tyros* Hebræis *Tsor*, quod in *petra* fuerit extructa, atque instar promontorii mari et tempestatibus maris fuerit opposita; aut etiam propter robur, munitiones et firmitudinem, unde 2 Sam. 24, et Zach. 9, et alibi, fit *munitionum Tyri* mentio. VASTATA EST. Video Hebræis non in universum observari ut nominibus urbium attribuuntur verba femininæ formæ. Non dubium quin hoc loco *Tsor* dicatur *devastatus*, bene ergo vertitur in femininum, sicut supra de *Ar Moab*. DOMUS, UNDE VENIRE CONSERVAVANT. Duz tantum sunt in Hebræo voces. Ad verbum dicendum esset *ad domo*, *à veniendo*, quarum vocum conjunctionem et acceptance[m], cujusmodi hoc loco est, non ita passim invenies in Scripturis. Quare ingen est hoc loco interpretationum varietas, dum quisque pro arbitrio suo quæ vult addit aut supplet, prout in ipsorum libris videre poteris. Mihi certe simplicissima interpretatio, quæ nihil addit, solet placere. Puto ergo has duas voces cum verbo *vastata* esse construendas, et aliud nihil significare quam *prostrata*, *omnino*, *funditus*, *ex omni parte*, ut idem sit quod Gen. 6 : *Bituminavit eam extrinsecus et intrinsecus*, et Exod. 25 : *Extrinsecus teges eam et intrinsecus*. Sic accipitur etiam *mibaith* 2 Reg. 11, et 2 Par. 25. Cæterum verbum *bo*, *venit*, quando construitur cum verbo *iatso*, *egressus est*, frequentissime idem est quod Latini dicunt *domi et foris*, *ubique*, *ubicunque*, seu

Chanaan ; pour rôûdre en poudre ses plus vaillants hommes ;

12. Et il a dit : O Tyr, fille de Sidon, vierge qui allez être déshonorée, vous ne vous glorifierez plus à l'avenir avec tant de faste. Levez-vous, faites voile en Célium; et vous n'y trouverez pas même du repos.

13. Considérez l'empire des Chaldéens; il n'y eut jamais un tel peuple; les Assyriens l'avaient fondé, on a emmené captifs les plus grands d'entre eux, on a renversé leurs maisons, on les a entièrement ruinés.

14. Poussez des hurlements, vaisseaux de la mer, parce que toute votre force est détruite.

15. En ce temps-là, ô Tyr, vous demeurerez en oubli pendant soixante-dix ans, comme durant les jours d'un roi; et après soixante-dix ans, il en sera de Tyr comme ce que l'on chante à la femme prostituée.

16. Prenez le luth; faites le tour de la ville, courtoisane mise en oubli; étudiez-vous à bien chanter, répétez souvent vos airs, afin qu'on se souvienne de vous.

17. Et soixante-dix ans après, le Seigneur visitera Tyr; il la remettra en état de recommencer son premier trafic; et elle se prostituera comme autrefois à tous les royaumes qui sont sur la terre.

18. Mais enfin tout le gain qui reviendra de son commerce et de son trafic sera consacré au Seigneur; il ne sera point mis en réserve, ni dans un trésor; mais il sera tout employé pour ceux qui assistent devant le Seigneur, afin qu'ils en soient nourris et rassasiés, et qu'ils en soient revêtus jusqu'à leur vieillesse.

omnibus modis conversari, officio fungi, etc. Psal. 121: *Dominus custodiat ingredi tuum et egredi tuum*; 1 Reg. 5: *Ego sum puer parvus, neque scio egredi et ingredi*; id est: Nihil scio facere, etc. Et infra 24, 10, manifestè meo ita accipitur; *clausa est omnis domus extrinsecus*. Non absurdum igitur erit si hoc loco dicamus è domo nihil aliud esse quam ab interiori parte, unde est egressus, et à veniendo nihil aliud quam ab exteriori parte, unde est ingressus seu adventus; id est, tam intra civitatem quam extra, tam in domibus quam in muris, ex omni denique parte et funditus vastata est Tyros. DE TERRA CETHIM. Puto *Cithæos* esse Græcos, nempe Macedones, voce congruenti. Dicebantur autem *habere insulas*, tum propter infinitas insulas quas habebant in mari *Ægeo* sub suo imperio, tum etiam quia Hebræis *insulæ* dicebantur provincie illæ ad quas non nisi per mare erat transitus, nondum illustratis (x omni parte regionibus, an mari cingerentur, an minùs. Quinimò et Italos Græcis vicinis nomine *Cethim* alibi comprehensos intelligo. Vide benedictiones Balaam. Fuit autem *Cethim* filius Javan, à quo *Ionæ* dicti sunt, frater *Dodan*, ex quo *Rhodii*, et *Tarsis*, ex quo *Tarthenes* orti putantur. *Ex his* dicit Scriptura *habitatas fuisse insulas gentium*. Non multùm itaque distat à se invicem iste regionem, ut geographis compertum est. At Alexander Macedo Tyrum cepit, et continenti junxit. Neque obstat quòd per Chaldæos quoque vastata priùs fuisset; sæpè enim Prophetis altera vastatio unius regionis in mentem veniebat cum de alterâ ejusdem loquerentur. Quare *Tyriis de terrâ Cethim revelatum hoc fuisse*, id est, hoc malum prodissi, apparuisse seu revelatum

fuisse, dicit. Nam verbum *nigelah* cum nomine *massa* construendum est. Quòd si malis hæc, ut plurima alia in sequentibus, de vastatione per Chaldæos intelligere, dicas à negotiatoribus Cithæis nunciatum fuisse Tyriis quòd Chaldæi decrevisset devastare eos, etc. Sed prior sententia magis aridet. Eodem versu *naves Tarsis* jubet *ululare*, significans quòd non amplius advenirent ad Tyrum *naves Tarsis*, proinde mercatoribus, qui lucri gratiâ ad Tyrum venire consueverant et *naves mercium* plenas adducere, lugendum fore. Ego quidem *naves Tarsis* hoc loco, ut in Ps.: *Spiritus vehemens conterens naves Tarsis*, pro navibus magnis, quas *onerarias* vocant, accipio, eâ ratione quam superius indicavi.

VERS. 2. — TACETE (vel *quiescite* QUI HABITATIS IN INSULA. Aut de ipsis Tyriis intelligendum est (tunc autem verbum *tacendi* ad luctum et tristitiam pertinet, ut Thren. 2: *Desiderunt in terrâ; siluerunt seniores filie Sion*), aut nomen *insulæ* collectivè capitur, id est, *insularum*; ut *quiescere insulanos omnes* jubeat, vel etiam *silere et lugere*; quasi sit ferè idem quòd, *ululate, naves Tarsis*. Prior tamen expositio sequentibus magis congruit. NEGOTIATORES. Incipit recensere felicitatem Tyri. *Negotiatores*, sive *mercatores*, *Sidonii* per mare ad te confuebant. Dicuntur autem *mercatores sokerm* Hebræis à *circumvendo*, seu *circumferendis mercibus*. Et ad hanc etymologiam respexisse videtur Dominus in Evangelio, cum dicit Scribis, quòd *circumirent mare et aridam, ut facerent unum proselytum*, etc.

VERS. 5. — IN AQUIS MULTIS. Mare Mediterraneum appellabant Hebræi *mare Magnum*. Idem hic intelligo per *aquas magnas* seu *multas*, et *beth* pro *per* accipio. *Semen* autem *Nili* vocat frumenta quæ Nili beneficio *Ægyptus* profert. Et ad verbum *repleverunt* referendum est nomen *seminis*. Non est ergo omittenda conjunctio, *et per aquas magnas, vel multas, FRUCUS EJUS*. Cum *thebua* sit à verbo *bo*, *venit*, propriè videtur significare quæ *singulis annis à terrâ proveniunt*. Proventum ergo rectè dixeris. *Messis*, inquit, *fluvii*, id est, demessi fructus qui rivulus à Nilo deductis merito adscribuntur, erant annui proventus Tyri, ad eò ut esset Tyrus *negotiatorum gentium*, id est, imperium quò omnes gentes negotiandi gratiâ convenirent.

VERS. 4. — *EVANESCE*. Tam frequens mutatio formæ orationis ingentem ac stupendam rerum vicissitudinem solet in Prophetis comitari. Descriperat ex parte felicitatem Tyri: subito ad Sidonios convertit se, et Tyrum ipsam quæ et *mare et maritimam munitionem* vocat, quòd locus esset arte et naturâ munitissimus et undequaque mari alteretur loquentem inducit, ut similia quoque ipsi sperent neque amplius gloriantur, imò tales se exhibeant quales sunt qui pudentur, tacent, absconduntur et dolent. NON PARTURI. Mihi omninò persuasum habeo hoc loco interrogare, et affirmativam responsionem postulare, ut Exod. 8, et Job. 3, ubi *Vulg.* per *nonne* venit: *Nonne silai*, etc. Verbum autem *kolal* propriè est *dolere angere seu cruciatu affici*. Et ut nos nomen *dolores* usurpamus pro

doloribus parturientis, ita Hebræi hoc verbum parturientibus tribunt; ut hic melius vertisse putem *Vulgatum* quàm qui verbo *dolendi* reddunt; quasi dicat Tyros, tanquam femina: *Nonne sum verè mater? habitatores et civés mei sunt omnes exteri? nonne edidi filios electos ad bellum, qui ingenti amore pro patriâ pugnaverunt? nonne nutrivî virgines, quas defenderent viri, et occumbere mallent quàm sinere ut exteri hostes eas raperent? Si ergo ego, maris quoddam promontorium tam egregiè munitum, tot pugnatorem mater, hæc passa sum, ne efferaris, Sidon amica, quinimò pudore afficiaris, et mihi condoleas. Vel generatio hæc ad colonias quas deduxerat referenda est; Carthago enim Tyriorum erat colonia. Tyrum autem coloniam et filiam fuisse Sidonis existimo; unde, ut *pudferet*, dicit neque se immunes putaret; nam ipsa quoque populo abundaret et civibus, colonias etiam duxerit, nihilominus vastaretur. Vide infra v. 11.*

VERS. 3. — CUM AUDITUM FUERIT IN ÆGYPTO. Doctè admodum *Vulg.* sensum expressit; nam *caescher* interdum pro adverbio temporis videtur uti Hebræi. Inquit ergo ad verbum: *Quamprimùm fama Ægyptiis*, id est, quamprimùm rumorem aure perceperint, *dolebant iuxta famam Tyri*, id est, erit dolor famæ similis, et iuxta magnitudinem calamitatis erit et tristitia et dolor *Ægyptiorum*.

VERS. 6. — TRANSITE. Ad ipsos Tyrios iterum convertit sermonem. MARIA. Hic rursus est nomen *Tarsis*: de quo, cum tam varia cæteri scriptores afferant, quid certè statuerè ego possum non habeo. Et quidem interdum nomen esse proprium loci, à *Tarsis* filio Javan, verisimile admodum est; de quo in sequentibus aliquando erit sermo. At in *mare* significet, ut magnæ auctoritatis viri senserunt, non usque adeò est manifestum. Certè si pro mari libet accipere, non contentenda est etymologia nominis quasi sit à verbo *raschach*, quòd *ejectum vel destitutum* esse significet; unde nomen *rosch*, *destitutus*, *pauper*, ut sit epitheton maris, q. d., *inhospitale*; ut dicantur *naves Tarsis* sicut *volucres cœli*, *pecora campi*, *pluces maris*: non tamen significet nisi *mare magnum*, *altum*, vel *Mediterraneum*, vel *Oceanum*, per quòd naves magna navigant (quæ *onith* dicuntur) et in hoc differt à *iam*, quò etiam lacus atque multo minores aquarum collectiones dicuntur. Ego tamen vocem ipsam retineo, quæ cum verbo motus conjungitur habet *he* in fine, ut hoc loco. *Fugas ergo et luctum* indicit Tyris, vel captivitate *ultra magnum ac profundum mare*. Vide infra v. 10 et 12.

VERS. 7. — *NUMQUID NON* (an hæc est, hecine est, hæret) VESTRA. Hebr., *vobis*; sed optimè reddidit. Habet autem apud Hebræos, ut etiam apud nos Lusitanos, hæc forma loquendi magnam vim in irrisionibus. QUÆ GLORIBATUR. Nomen est deductum à verbo *alaz*, *exultavit*, *tripudavit*, *gestiit pro gaudio*. Placuit autem hic ad *tripudium et saltationem* retere, propter verbum quòd mo sequitur, *ibilibi*, est enim in eo occulta ironia valde venusta; nam significat cum *morâ et pompâ ducere, deducere*, etc. At hic *pedibus ipsius*

tribuitur quod eam ad peregrinandum proci deducerent, etc. A DIEBUS PRISTINIS IN ANTIQUITATE SUA. Vel antiquitas ejus, id est, cujus antiquitas, seu potius origo, est à diebus antiquis. Aliquando enim *cademath* adverbium, aliquando nomen est. Non ergo munio, non divitiarum, non honor quem ceterae nationes ei deferebant, non deliciae, non tripudia, non nobilitas obsequii potuerunt adveniens calamitatis. Hoc etsi luce est clarior, animales tamen homines indigent verbis ac verborum figuris ut hoc tandem intelligant. Quapropter et figura jam loquendi mutata, dum ipse secum admiratur, alios ad eandem admirationem provocat.

VERS. 8. — QUIS COGITAVIT. Verbum *taats* verbo *consulendi* solet reddi, quod aliud commodius non reperitur. Hic reddidit verbo *cogitandi*, quod convenire rei videbatur. Sensus est: *Quis secum statuisset unquam quod ita futurum esset de Tyro? Quis unquam sic statuisset de Tyro? CORONATAM.* Alii *coronantem*, quod participium sit significationis activae; sed certe pro nomine ponitur, ut peraque alia, nempe pro *corona*. Tyrum autem *coronae, coronatam* recte dixit Vulg., vel certe cum motionibus participii significationis passivae notandum fuit. Tyrum ergo tanquam reginam aliarum urbium commemorat. Quod magis declarat cum ejus mercatores *principes* dicit; quod dupliciter intelligitur: vel quod qui alibi essent principes, apud Tyrum essent negotiatores, neque dedignarentur mercimonia in Tyro exercere; vel potius quod Tyri negotiatores et mercatores adeo essent divites et potentes, ut principibus aliarum provinciarum nihilo inferiores essent. INSTITORES. *Kinean* filius Cham fuit, à quo terra illa quam possederunt Israelitae nomen est sortita. Quia autem populus hujus terre deditus fuit mercaturae et negotiationi, hinc ipsum nomen saepe pro *mercatores*, interdum et pro *mercatura* accipitur, Ose. 12, Loph. 4, etc.

VERS. 9. — UT DETRAHERET, etc. Respondet sibi per subjectionem. *Calat* in secundis est *profanavit*, *commune fecit*, *violavit*. Sensus ergo expressit Vulg. Opponitur enim verbo *hikidisch, sanctificavit*. Vide infra 45: *Profanabo principes sanctitatis*. Hic opponitur *superbia*, cujus est se quasi sanctum segregare ab aliis, ne contaminetur, et alios indignos reputare qui ad se accedant. *Superbiam* autem *universa jucunditatis* vocat ipsos superbos Tyros, qui jucunde et suaviter vivebant; ipsaque Tyrum, quae erat jucunditas aliarum nationum. De voce autem *tsebi* dictum est supra c. 45, ubi Babel dicitur *jucunditas regnorum*. Ad ICONIAMI DERECERET. Manifestum est *calat* et *cabal* opponi, ut supra cap. 9 dictum est. Hoc de *gracitate honoris*, *substantiae* vel *ponderis* dicitur; illud, de *allevatione*. Potest ergo non de honoris tantum ignominia officendis intelligi, sed et de *divitiarum ad paupertatem redigendis*; ut totum hunc versus Mater Domini in suo illo cantico, cum dixit: *Deposuit potentes de sede*, et rursum: *Divites dimisit inanes*, expressisse videri possit; hoc enim est *alleviare* graves. Quare sic quoque hic reddere possemus, et *divites inanes*, seu *alleviatis*, redderet.

VERS. 10. — TRANSI TERRAM TUAM. Cum Tyrum hic *filiam maris* vocet, ut mox dicam, quod totam se marinis transvectionibus dedidisset, non dubito quin terram ejus seu patriam ejus dicat ipsam *mare*: *Filia maris* cum sis, *transi mare, perambula patriam tuam*; nihil tibi durum praecipere videbor. Irrisionem ergo non inveniam in hac voce incelsa intellige. FILIA MARIS. Hic rursus habes nomen *Tarsis*; ex quo mihi verisimile sit *Tarsis* esse nomen maris, ut supra, v. 5, annotavi. Cur enim diceretur *Tyrus filia Tarsis*? Nam quod quidam dicunt, *Tarsis* esse Carthaginem, vel ex hoc loco falsum esse convincitur. Quomodo enim *filia Carthaginis* diceretur Tyrum, cum potius filia Tyri esset Carthago? Certè etiam verisimum sit *Tarsum* Ciliciae à *Tarsis* filio Javan nomen accepisse, nihilominus sic appellatum *mare* autem tandem existimabo quomodo probabiliorem sententiam alius non attulerit. Si quis tamen diceret *Tarsis* esse Tartessum in Hispania, unde Phoenices infinitam multitudinem auri et argenti olim (si historicis fides adhibenda est) deferebant, cum vox *consueti*, mihi non absurdum afferre sententiam videretur. Quando autem cum *he motus* invenitur, credo idem esse quod *ultra mare*: sic Jonas ultra Mediterraneum mare fugere constituerat, ut sunt Graecia, Italia, etc., et naves, quae oram maris Rubri conficebantur, per mare Rubrum in Oceanum Indicum proficiscebantur, quod pertransseant applicabant ad Ophir et littora alia Orientalia, unde aurum, etc., deferebant. CINGULUM. Nomen Hebraeum proprie *obfirmationem* significat, licet transferatur interdum ad significandum *balteum* quo firmantur renes. Ego libenter pro muro quo cingebatur Tyrum accipere; vel per *ablationem* *cinguli* nuditatem seu spoliationem notat, quasi in metaphorâ perseveret, q. d.: *Ad natandum jam apta es, disincta es; transi mare, transnata mare Mediterraneum, quasi rivulum quempiam.*

VERS. 11. — SUPER MARE. Haec omnia de Tyro intelligo, quam supra quoque vocavi *mare*, cujus habitatores erant *Chananani*, id est, mercatores; cujus quoque *munitiones* Dominus decreverat devastare. Possunt et de Phoenicia totâ intelligi, et de totâ *Chananitide*, cujus *regna* commovit potentia Chaldaeorum, etc. Sed priori interpretationi subscribo, et *conturbationem* seu *commotionem* regnorum intelligo provocationem: excitavit enim Dominus et quasi ad iram provocavit exteros reges ut adversus Tyrum consurgerent. MANDAVIT ADVERSUS. Sensus expressit; ego ad verbum reddidi. Estque phrasid castrensium, id est, exercitum conscripsit et misit ut Tyrum opprimerent, quasi *regnis commotis mandatum dederit Jehova contra Chananæum*; ut sic vertere possit: *Mamm suam extendit Jehova versus mare, commovit regna, amandavit* (scilicet ea) *ad Chananæum* (seu mercatorem) *ut perderet munitiones ejus*: quem sensum magis laudo (†).

(†) MAMM SUAM EXTENDIT SUPER MARE. Rescripti transitum maris Rubri, cum Dominus Israelitæ hier aperuit per undas maris, quasi dicat: Potens Domi-

VERS. 12. — CALUNNIAM SUSTINENS. Vocem *ultra* additam à quopiam puto, et *virgo* legendum ejus loco, id est, *defraudata*, et praeter spem tuam à gloria tua detrusa, *transi*, etc. Ita ferè omnes quo vidi in significatione passivâ accipere. Ceterum cum aliis punctis significationis activae esse possit, à verbo *ascheq* in secundâ, et mercatoribus familiare sit alios defraudare, omissis rabbinorum punctis, non video cur *defraudatricem* aut *calumniatricem* dicere non possimus Tyrum, quae tota mercatura vacabat. Sunt enim qui gloriantur et exultant cum quempiam defraudarint, ut est in Psal. 73, ubi usus est *ascheq* ab hac radice, quod nomen *rem ipsam* interdum *fraude partem* significat. Unde Septuaginta interpretes, *Dominus voluit dissolvere omnem contumeliam gloriantium*, verterunt. FILIA SINOUS. De ipsâ Sidone intelligi possunt haec, quod videlicet ipsa *glorietur* in afflictione Tyri, quasi aliena esset ab illâ tempestate, quam supra, ut *crubesceret* seu *pudeferet*, suadebat Tyrus: nunc autem quod eandem sortem subitura esset cum Tyro denuntiat Propheta. Possunt nihilominus et de Tyro intelligi, quasi antiqui fuerit Sidon Tyro, et Sidonii eam edificarint. Scio quidem dubium controversumque esse apud probatos auctores utra fuerit metropolis Phoeniciae. Neque certum est utra antiquior fuisset. Mihi probabilis est, Sidonem, quae in continenti erat, antiquiorem fuisse Tyro, quae in insula sita erat. Sed hoc ad rem parum facit: prior sensus placuit est. NON ERIT TIBI REGES. Tibi quoque, sicut et Tyro, accidit, ut in *Cethim* captiva duaris. Quod si hanc interpretationem sequaris, supra versum 10 de *totâ Chananitide* intellige, *adversus* quam *Dominus provocavit regna*, ut *praecipuas civitates ejus*, Tyrum scilicet et Sidonem, *perderent*, id est, mundissima loca. Ubi vides non inultas semper manere mercatorum fraudes, Domiamque eos qui alienis bonis per varias ac non bonas artes sese ornantur, ut supra dixit, *alleviare* et *inanes reddere*. Ubi quoque animadvertit, quod in regnorum vastationibus, quasi fato aut casu eveniant, non liceat nobis deliciosis et fraudulentis esse. Hoc etiam non pretereundum putavi, quod videatur Joannes Apoc. 18, Antichristianorum civitatem per Tyrum intelligere, etiam si eam non nominat: *Vae, vae*, inquit, *civitas illa magna, in qua divites facti sunt omnes qui habebant naves in mari, de pretiis ejus; quoniam una hora desolata est.*

VERS. 15. — EGRES, etc. Quid mirum inquit, si Phoenices devastentur? Chaldaei ferocissimi ac diutissimi populi, qui suas quoque *munitiones* habebant et *turres*, perierunt; et Dominus Babylonem subvertit cum *turribus* et *palatiis ejus*: quidni Phoenices mer-

cionis gentem non ita bellicosam delebit? Si quae praecesserunt de vastatione Tyri ad tempora Alexandri referas, meminere hoc loco ab eo quoque delectum Persarum, Assyriorum et Chaldaeorum imperium. TALIS POPULUS. Cum Vulg. illa malui vertere, tum quod sensum aptum faceret, tum etiam quia multiplex usus pronominis *re* hanc acceptionem non respuit. IN CAPTIVITATEM. *Leitim* conjunxit Vulg. sequentibus, quasi sic vertisset, *ad naves surgere fecerunt robustos*, etc., id est, in captivitate abduxerunt. Et *suscitare* vel *excitare* non *edificare* accepit, sed jam *domos edificatas subvertere*: qui enim domorum fundamenta in lucem educit, *excitare* videtur. Haec annotavi ut nemo non bene expensis omnibus audeat vulgatum interpretem reprehendere; et alium sensum apponi, qui non rejiciendus mihi videtur: *Assur fundavit eam navibus*, id est, aptam navibus stationem. Cum enim ingentibus fluminibus alluatur, Tigri et Euphrate, ibi ingentem tiriemium numerum habebant Chaldaei; quibus verisimile est eos mare Persicum atque Indicum non adnavigasse. Nam infra c. 45, legis *Chaldaeos navibus orantes*; et Babylon ipsa dicitur, c. 21, *mare deserti*, etc. *Tsitim* autem pro *navibus* accipi vide Dan. 11, et cum simplici iud. Num. 25, et Ezech. 50. Hujus nominis se Hieronymus hoc loco etymologiam non legisse dicit; neque Rabini assignant: verisimile autem est sic naves à *sticitate* (quae Hebraice dicitur *tsiah*) appellatas, quod sint in mari siccae, velut insulae. De aliâ acceptione dixi supra c. 15. ROBUSTOS. Nomen *bakunim*, à verbo *bakaan*, *probatum*, *munitiones* designat, quasi probatae sint adversus oppugnationes hostium. Scribitur per iud, sed ut vau proferendum. *Donos*, vel *palatia*. Septuaginta *turres* dixerunt. Est nomen à verbo *rum*, *elevavit*, *sublevavit*, etc. POSUERUNT EAM. In Hebraeo est verbum sing., et ad *Deum* referendum. Cum *talis* esset *populus*, cum sit antiquissima civitas, cum *munitiones* et *palatia* haberet, etc., tamen *Dominus demolitus est eam* et in *ruinas redegit*. In hoc versu videre licet quam parum solliciti sint Hebraei de numeris et genere.

VERS. 14. — ULULATE. Conclusionem repeti, quam jam supra proposuerat v. 1. FORTITUDO. Nomen *maon* locum *naturâ vel arte munitum* designat. Duplicem autem habebat portum Tyrum, alterum apertum, alterum clausum, ut est apud Strabonem. Vel igitur de fida statione navium loquitur, vel de arce quae naves defendebat, etc. Sed ego de statione et portu intelligo, ad quem naves confugiunt à tempestate et ventis tutae erant.

VERS. 15. — VERSU 15, exemplo rei magis incredibilis ostendit posse Tyrum destrui. Ex quo quanta sit caecitas quam res prospere invehunt discere possumus, qui videamus necesse fuisse exemplo ostendere ruinam contingere posse Tyro. Hinc quoque quis sit usus casuum et fortiorum eventuum, quos alia regna et provinciae expeririunt, habemus. Ex vastatione enim Babylonica posset Tyrus et Sidon et aliae urbes sibi consule. Alexander autem, qui Tyrum

cepit, Babyloniam provinciam quoque subjugavit. Quod si de vastatione per Chaldaeos est sermo, exemplum quoque ad rem facit. Nam et Babylon à Persis capta est atque diruta, cum eam tamen florentissimam possedissent per multos annos Assyrii ab uxore Nini aedificata. Vide Strabonem; apud quem etiam videbis navium usum in Babylone, et quo modo Alexander navibus partim ibi collectis, partim ex Syriaco mari plicatilibus per terram ad Euphratem advectis, et in Babylone compactis, Arabas invasit. Ex quo auctiore disces, Tyrum terrae motibus licet ferè totam collapsam, et ab Alexandro obsidione captam, calamitates omnes evicisse, et seipsam navigando instaurasse. Navalis enim ejus potentiae et apparatus signum est multitudo et magnitudo coloniarum, quas Iberiam usque emisit. Sed nescio an de hac restauratione hic sit sermo. Quid si cum populo Dei capti, et eodem redempti sunt? Certè Propheta à restauratione visibili ad invisibilem per Christum statim transit, ut mox videbis. SICUT DIES REGIS UNUS. Paucissimos enim reperias ultra Septuaginta annos regnasse. Adde quod Hebraei aetatem totam regis Septuaginta annis circumscriptam volunt, quod hanc excedere non soleant reges. Post SEPTUAGINTA AUTEM ANNOS. Sensus expressit. Hebraea ad verbum, à fine septuaginta annorum; ubi accipe expressum antecessens pro relativo, ut saepe solent: quare reddidi quibus expletis, ne opus sit particulam illam supplere. QUASI CANTICUM MERETRICIS, *scilicet canticum velut meretricis*, id est, dulciter et suaviter canet, ut ad se allicita gentes. Ubi vides meretricum rei meretriciae comparari; habent enim maximam inter se similitudinem concupiscentiae carnis ac divitiarum.

VERS. 16. — CANE. *Nagen de symphonia dicitur; estque sonare in instrumento musico.* Et Psalm. 68, distinguuntur cantores à neginim, qui sunt musici instrumentales. Et de Davide dicitur 1 Sam. 18: *David sonabat manu sua*, etc. Ego hic cum sit infinitivus secundae, reddere possumus pulchrè ludendo multiplici (vel frequenta) canticum; ut scilicet utrumque genus musicae exerceat. Est et quoddam musicae genus quo alienatum à nobis Deum revocamus, dum pectus, sceleris conscii, pulsamus, gemitus et lacrymas fundimus. Ille vero nostri memor, cor contritum non despicit, et auribus percipit lacrymas nostras; et rursus in amplexu meretricum et peccatorum ruit amabilis illa puritas, qui et convivium facit et symphoniam adesse jubet, redeunte ad se filio prodigo.

VERS. 17. — VESTIABIT. Jam dixi multò augustioris significationis esse Hebraeum *phakad* quam Latinis visitandi verbum; hic curam habere ac rationem dicere possumus: non enim in perpetuum irascitur Deus. AD MERCEM SUAS. Credo legendum *mercedem*. Nam vox Hebraea *ethanen* est à verbo *thanah*, *mercedem dedit* vel *donum pro opere turpi*, ut solent amatores invicem merendo tribuere. Estque synonymum cum *bade-nim* et *nadah*, ut ex Ezechiele liquidò constat. Et quamvis de mercibus earumque commutatione sit

sermo, erat tamen metaphora servanda; quod et mox explicat. SUPER FACIEM TERRAE. Non est invenusta Hebraeis haec redundantia, et supplent participium verbi substantivi existentibus, vel quae sunt, *super faciem terrae*. Ex omnibus enim regionibus orientalis ad Tyrum merces deferabantur, atque inde in totam oram maris Mediterranei, et contra. Ut igitur nobilitatem emporii et multitudinem negotiatorum significaret, pleonasmo usus est.

VERS. 18. — MERCEDES EJUS. Hic *persus merces* in significatione superiori accipienda est. Atque eadem voce hic uti voluit Isaias quia usus fuerat Moses Deut. 25, quando prohibuit *ne merces meretricis inferretur in domum Dei*, non solum ut de qua mercede loqueretur insinaret, verum etiam propter mysterium, ut scilicet adesse significaret qui sanctificaret omnia immunda, et regnum Dei meretricis et peccatoribus patefaceret. Quo pacto autem *lucra ex mercatura Domino sanctificarentur* mox explicat; quod scilicet essent in usus servorum Dei, cui opponit *recondi et reponi*; hoc enim est avarorum, qui in hoc seculo *thesaurizant*, neque sunt in Deum divites. At quos Deus *visitat*, quorum curam suscipit, etiamsi sint negotiatores et à mercatura non abstante, cum tamen sanctissime pertractant, et iuxta consilium Apostoli *facile communicant divitias suas*, et in sinum pauperum eas maluit recondere, quam ubi *arugo et tinea vim suam exercere possunt, et fures effodere et furari*. Hic, queso, considera, christiane lector, quam liberali loquendi forma usus sit Propheta: *Erant, inquit, habitantibus coram Domino*. Illi erunt veluti illarum facultatum domini. Ab aliis quidem velut ipsorum ministris acquiruntur; sed ipsarum usus cedet servis Dei, ministris Domini, qui ei assistunt, qui Domino perpetuò famulantur. Neque illis est otium ad ea comparanda quae humanae vitae sunt necessaria. Ubi animadvertite in regno Christi illas facultates Domino Deo sanctificatas dici quae in victum et vestitum servorum Dei et ministrorum domus ejus expenduntur; et haec praestare Tyrios postquam Deus eos *visitat* et illorum *habet rationem*. Ut vel ex hoc loco convincatur haeretici, qui preter mentem Dei esse asserunt alere homines qui in Ecclesia Dei die noctuque Domino assistunt ac ministrant; cum ad saturitatem usque arcas divitum patere velit Spiritus Christi famulis suis. Et quidem eos decet victu et quibus *tegantur contentos esse*; at qui ea acquisierunt, paratos ad satietatem usque illis suppeditare. Et *vestiantur usque ad vestitatem*. Ad verb., *et ad operimentum durable*, id est, ut nunquam eis desit operimentum. Quem sensum nequaquam rejicio. Sed licet verbis Hebraeis ea significatio, quam omnes hic afferunt, tribuatur, non alia est adhibenda interpretatio. Non enim vestes diu duraturas significat; sed potius habitus servorum Dei ad manum quo vestimenta semper coeant. Nihil enim hic frugale legis, sed liberalitatem spirant verba. Caeterum aliam interpretationem attuli, quam à nemine observatam hactenus vidi; ut sciat lector Hebraea eam quoque admittere, et, ut ego quidem

sento, non contemnendam. Est ergo Hebraeis verbum *casas*, *ammeneravit*, *collegit*, *additionem fecit*; et opponitur verbo *manah*, de summâ seu multitudine detracti: aded ut haec duo verba duas primas arithmetice species, additionis et subtractionis, significant. Ab illo autem verbo est *meches*, ejusdem significationis cum *meches*, *ammeneratio*, *additio*, *collecta*, *collatio*, *contributio*, Exod. 12, et Num. 27. Quare si puncta auferas, hunc sensum subesse posse nemo vir doctus dubitabit: *Erit negotiatio ejus ad*

CAPUT XXIV.

1. Ecce Dominus dissipabit, et nudabit eam, et affliget faciem ejus, et disperget habitatores ejus.

2. Et erit, sicut populus, sic sacerdos, et sicut servus, sic dominus ejus; sicut ancilla, sic domina ejus; sicut emens, sic ille qui vendit; sicut fenerator, sic is qui mutuum accipit; sicut qui recipit, sic qui dedit.

3. Dissipatio dissipabit terra, et direptione praedabitur: Dominus enim locutus est verbum hoc.

4. Luxit, et deluxit terra, et infirmata est; defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terrae.

5. Et terra infecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissinaverunt fedus sempiternum.

6. Propter hoc maledictio vorabit terram, et peccabant habitatores ejus? Ideoque insanient cultores ejus, et relinquentur homines pauci.

7. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui labantur corde.

8. Cessavit gaudium tympanorum, quievi sonitus luctantium, cessavit dulcedo citharae.

9. Cum canticum non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam.

10. Attrita est civitas vanitatis: clausa est omnis domus, nullo introeunte.

11. Clamor erit super vino in plateis; deserta est omnis habitatio; translatus est gaudium terrae.

12. Relicta est in urbe solitudo, et calamitas opprimet portas.

13. Quia haec erunt in medio terrae, in medio populorum, quomodo si paucae oliva, quae remanserunt, exultantur ex olea; et racemi, cum fuerit finita vindemia.

14. Illi levabunt vocem suam, atque laudabunt; cum glorificatus fuerit Dominus, hinc inde de mari.

15. Propter hoc in doctrinis glorificat Dominus; in insulis maris nomen Domini Dei Israel.

16. A finibus terrae laudes audivimus, gloriam Justi. Et dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Vae mihi: praevicantes praevicati sunt, et praevicatione transgressorum praevicati sunt.

17. Formido et fovea, et laqueus super te, qui habitator es terrae.

18. Et erit: qui fugerit à voce formidinis, cadet in foveam; et qui se explicaverit de fovea, tenebitur laqueo; quia cataractae de excelsis apertae sunt, et concutientur fundamenta ejus.

comedendum ad saturitatem, et ad contributionem (seu collectam, seu collectionem) durabilem, quae non exhauriatur; sed semper habeant unde eis necessaria suppeditentur. Similes volebat Paulus *collectas et collationes quae fiabant in sanctis qui erant Jerosolymis, amplas, liberales, non ex tristitia aut necessitate, neque parcas; sed quae abundè hauriret inopiam sanctorum.* Et verisimile est ad hunc locum alluisse in Epistolis suis cum de collectis in sanctos loquitur.

CHAPITRE XXIV.

1. Voici le temps où le Seigneur fera un désert de la terre; il la dépouillera, il lui fera changer de face, et il en dispersera les habitants.

2. Alors le prêtre sera comme le peuple, le seigneur comme l'esclave, la maîtresse comme la servante, celui qui vend comme celui qui achète, celui qui prend à intérêt comme celui qui donne son argent, et celui qui redemande ce qu'il a prêté comme celui qui doit.

3. Il n'y aura que renversement dans la terre, et elle sera exposée à toutes sortes de pillages, car c'est le Seigneur qui a parlé.

4. La terre est dans les larmes; elle fond, elle tombe dans la défaillance; le monde périt; tout ce qu'il y a de plus grand parmi les peuples est dans l'abaissement.

5. La terre est infectée par la corruption de ses habitants, parce qu'ils ont violé les lois, qu'ils ont changé les ordonnances, et qu'ils ont rompu l'alliance qui devait durer éternellement.

6. C'est pourquoi la malédiction dévorera la terre; ceux qui l'habitent, s'abandonneront au péché; ceux qui la cultiveront seront insensés; et il n'y demeurera que très peu d'hommes.

7. Le vin pleure, la vigne languit, et tous ceux qui avaient la joie dans le cœur sont dans les larmes.

8. Le bruit des tambours a cessé, les cris de joie cessent; ne s'entendent plus; la harpe a fait taire ses doux accords.

9. Ils ne boiront plus le vin, en chantant; toutes les liqueurs agréables deviendront amères pour ceux qui les boiront.

10. Cette ville de faste est détruite; toutes les maisons en sont fermées, et personne n'y entre plus.

11. Les cris retentiront dans les rues, parce qu'il ne se trouvera plus de vie; tous les divertissements seront en oubli; toute la joie de la terre en sera bannie.

12. La ville ne sera plus qu'un désert, toutes les portes en seront détruites.

13. Et ce qui restera d'habitants au milieu de la terre, au milieu de tant de peuples, sera comme quelques olives; ils demeureront sur un arbre, après qu'on l'a dépouillé de tous ses fruits, ou comme quelques raisins trouvés sur un cep après qu'on a fait la vendange.

14. Ceux-là élèveront leurs voix, et ils chanteront des cantiques de louanges; ils jeteront de grands cris de joie de dessus la mer, lorsque Dieu aura été glorifié.

15. C'est pourquoi glorifiez le Seigneur selon les lumières qu'il vous a données; célébrez le nom du Seigneur Dieu d'Israël dans les îles de la mer.

16. Nous avons entendu des extrémités du monde les louanges et la gloire du juste; et j'ai dit: Mon secret est pour moi, mon secret est pour moi. Malheur à moi! Ils ont violé la loi, et le mépris qu'ils en ont fait est monté jusqu'à son comble.

17. Habitants de la terre, l'effroi, la fosse et le piège vous sont réservés.

18. Celui que l'effroi aura fait fuir tombera dans la fosse, celui qui se sera sauré de la fosse sera pris au piège, parce que les cieus s'ouvriront pour faire pleu-